



Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph


[S.I.], Anno MDCLXXXII.

17. Maij. 16. Cal. Junij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

378 ANNI CISTERCIENS.

*corporis est anima, per quam mo-
vetur, & sentit: vita vero fidei cha-
ritas est, quia per illam operatur.*



17. Maij. 16. Cal. Junij.

Floruit **B**. LAURENTI: qui à sancto Ab.
anno **B**ERNARDO cum socijs in
1147. Brabantiam missus, celeberrimi mo-
nasterij Villariensis, dura licet, sed eò
nempe diutiùs duratura fundamenta
jecisti. Ad exemplar Matris Cistercijs,
& Clarævallis, multo tempore con-
structa ex arbore rudi tuguria, ceno-
Rigor
vitæ
maxi-
mus. bium, herbæ cum aqua mensam, pau-
pertas promptuarium yestimentorum
præbuere. Quæ tamen omnia lato a-
nimo tuus in D E U M ardentissimus
amor amplectebatur. Quin imò cùm
hanc penuriam fidelium liberalitas a-
bunde jam sublevasset; ne austерum
hunc vitæ tenorem deserere cogeris,
dimisso regimine, solitarius, absque
omni rerum temporalium usu, partem
vitæ reliquam transegisti. Tandem mi-
raculis, & sanctitate celebris, ad eum,
quem solum quærebas, vitæ auctorem
feliciter migrasti. Quam longè atiaforte
mea vivendi ratio, si non nimis oscitantur,
ut hæc-

ut hactenus, sed tecum serio perpenderem,
quam arcta sit, etiam innocentibus, ad cœ-
lum via!

B. G ISILBERT E, Abbas Hem- *Floruit*
menrodensis, virtutibus tanto munere *anno*
dignis ornatissime: sed præcipua inter 1184.
has enitebat animi mansuetudo, quâ
erga delinquentes utebaris. Cùm e-
nim in aliquo fratre animum correpti- *Beni-*
oni minùs idoneum cerneret, pœnam *gnus*
delicto debitam tam diu differre con- *in de-*
suevisti, donec illi à D E O humilita- *linquē-*
tem, & culpæ agnitionem impetrave- *tes.*
ris. Quæ tua regendi suavitas ad eum
obedientiæ amorem tuos filios per-
duxit, ut etiam pro arbitrio tuo more-
rentur, vel jussi ad vitam denuo redi-
rent. Cujus luculentus testis est Men-
gosus Conversus. Decumbebat is ex *Cōver-*
letali vulnere, quod incauto ictu ferri
ligna findens sibi inflixerat: jámque
ad ultima per extemæ Unctionis Sa-
cramentum se præparaverat; cùm te *sum*
ab illo necessitas accelerandi itineris *mori*
ad Comitia generalia avocavit. Ne ve- *prohi-*
rò illius agoni deesset, confidenter ei *bet.*
præcepisti, ut ante redditum tuum non
moreretur. Qui cùm omnem, quan-
tum in se esset, obedientiam promis-
set: èa tamen horâ exspiravit, quâ tu
ex via redux jam exteriorem cœnobij
portam

380 ANNI CISTERCIENS.

portam intraveras: satis promissio sa-
etum ratus, si te, ut convenerat, de via
reverso, decederet. At auditio campan-
næ mortualis signo, cognitóque, pro
Mengoso pulsari; indignanti similis
Mortuum ad vitam revo- cat. ad eundem accurristi. Cui cùm ter ite-
rata iussione mandavisses, ut fidem da-
tam exsolveret; quasi de somno exper-
rectus, lètissima narratione exposuit,
quàm ineffabili gaudio per modicum
illud temporis spatiū fuerit inunda-
tus. Plura deinde ad confirmandam
rei veritatem adjunxit: sed nihil magis
urgebat, quàm ad illas delicias repe-
tendas missiōnem; quam illi jam non
invitus indulſisti. *Quis non miretur, &*
promptissimo animo amplectatur Obedien-
tiam, quæ vitæ mortisque arbitra, janua
cæli claudit & ape, ii? Utinam & mihi
non per aliam januam exire contingat de
hoc mortalitatis ergastulo!

S. BERNARDUS, Exhort. ad Mil. Temp.

DEO
nihil
placet
exrra
obedi-
entiani *Nec studium bonæ actionis, nec otio-*
um sanctæ contemplationis, nec la-
crymæ pœnitentis, extra Bethaniam
(quæ dicitur domus Obedientiæ) acce-
pta esse poterunt illi, qui tanti habuit
obedientiam, ut vitam, quàm ipsam,
perdere maluerit. 18. Ma-